

Thomas Lindemann Marcus Schlävich

**Quod Sacrosancta Trias bene vortat ... in celeberrima Rosarum Academia,
Moderatore Clarissimo, Consultissimo Viro, Dn. Thoma Lindeman U. I. D.
Antecessore Ordinario, ac pro tempore Decano, favitore suo aeternum
honorando, Praesentes Iuridicas positiones De Pacto Successionis Renunciativo**

Rhodopoli: Pedanus, 1616

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730631346>


Druck Freier  Zugang



R. U. für 7616.

Romas Lindemann

Resp. Warrus-Schlaevich





853

ΣΥΝΘΕΣΙΣ


DE

PACTO SUCCESSIONIS RENUNCIATIVO.

Παράκλησις.

Cum firmamentum munimentumq; potestatis regalis, ex familiarum illustrium dignitate, dependeat, huic verò haud leve augmentum, per successionis renunciationem, à filiabus Principum, Comitum, Baronum, Nobiliumq; præstandam, accedat, perutilem hanc, necessariam ac in foro frequenter agitaram materiam, ne de Sole an luceat cum Pirrho, nec de ligno an lignum sit cum Herillo, disputare velle videremur, certis positionibus includere, ac censuræ publicæ, Deo adjutore, in præsentiarum subijcere placuit.

Positio I. Nachfolger-Verzicht



VT autem intelligatur id, de quo sumus acturi, definitionem, vel si mavis descriptionem necessario præmittendam statuimus: Et pactum hoc renunciativum aliud nihil, quam successionis futuræ, (a) ex voluntate libera, (b) jurisjurandi interposita religione, (c) ut plurimum à foemellis illustribus, (d) ad familiarum splendorem Conservandum, factum, (e) expressam esse renunciacionem, (f) dicimus.

▲

(a) Re-

(a) Renunciatio hæc fit, siue futuræ successiõnis in specie, siue omnium bonorum in genere mentio fiat. *Bartbol. Kellenbentz. de success. renunciat. quest. n. numer. 6.* De cuius effectu, quidnam sub illa comprehendatur, positioe agemus 3.

(b) Non vi metue coacta, e. *quambis de pact. in 6.* Cum nihil tam contrarium consensui ac voluntati liberæ, quam vis & metus. *l. nihil 116. ff. de Reg. Jur.* Et quæ modo tali gesta, rata non habenda *l. 1. ff. quod met. caus.* quam vocem Deum in prætoris ore posuisse dicit *Bald. in rubr. de contrah. inuestitur. in fin. de quibus in posit. ult.*

(c) *d. c. quambis. de pact. in 6.* de cuius autoritate, nec non de alijs ad rem eam pertinentibus, videatur posit. sequens & 4.

(d) Licet enim inter plebeios locum interdum sibi vindicent hæc renunciations, et ita in Gallia à Parisiensi Senatu, sæpè iudicatum referat. *Ann. Robert. 2. Rer. judic.* Inter illustres tamen & personas nobiles, frequentius tractari dicitur. *Vvesemb. in paratit. ff. de jur. dot. in fin.* Imò illas usum habere majorem inter Nobiles, quam Electorum & Principum filias, observavit *Job. Dautb. in Prologom. de Test. numer. 6.* dicens, Ejusmodi pacta magna ex parte esse odiosa; cum omne quod Reges, Electores, Principes habeant, regulariter fiscale censendum sit & jurisdictionale, cuius filia non sunt capaces. *Coras. repet. l. filium quem. num. 22. C. fam. hercis. Philip. Franc. ad rubr. n. 62. extr. de test.* Si vero Principes patrimonium habuerint proprium, personæ tantum contemplatione, non dignitatis ratione acquisitum, *Chassan. in consuet. Bur. rubr. 2. in pr. n. 89. Hotom. illustr. quest. 1. aliud dicendum. Dautb. dict. loc. Fichard. conf. 54. n. 4.*

(e) Hic splendor, qui finis hujus pacti, & quem nervum, humidum radicale ac sanguinem alterum ex *Gl. & Bart. dicit Schn. in Apostill. Cod. de administrat. tut. verb. vitam.* nequaquam retineri poterit, si non antiqua auitaq; bonæ, cumulo majori filijs ac posteris masculis referventur: quippe cum hi soli familiarum conservant dignitatem & nomen, *Signor. conf. 172. n. 4. Georg. Schonbor. lib. 1. polit. c. 10. pag. mibi 64. Barth. Kellenb. d. tr. quest. 42. n. 15. & seq.* Fœminæ namq; nubescentes in familiam alienam, mariti scilicet transeunt, illiusq; nomen ac forum sortiuntur. *l. pronuntiatio 195. in fin. cum l. seq. ff. de verb. signif. § 1. Inst. de legit. agnat. tut. Dd. communiter in l. maximum vitium 4. C. de liber. præteritis.* Quibus bellè conveniunt Euripidis verba: Mulier egressa paternis ædibus, non amplius est parentum, sed conjugis: Masculum verò genus perpetuò manet in ædibus Deorum paternorum, & sepulchrorum limitem honorat. Unde masculi potius commodo successiõnis & facultatum honorentur. *l. secundum naturam 89. ff. de Reg. Jur.* sed an jure? vid. posit. sequens.

(f) Tacita non sufficit, quia renunciatio est facti. *Cephal. conf. 605. n. 4. 2. lib.*

112. lib. 4. *Myns. respons.* 43. n. 38. & propterea non præsumenda, l. *quæcumq.* 13. §. 1. pen. ff. de public. l. 1. & l. actor 23. C. de probat. *VVes. conf.* 42. n. 55. p. 1. sed evidenter probanda. text. in c. *super hoc. extr. de renunci.* & per probationes archidros. *Cephal. conf.* 84. in fin. lib. 1. aded ut ex actu aliquo etiam proximo, non inducatur, nisi de ea expressè agatur. c. *sanè & ibid. gl. in verb. sustinere in fin. extr. de renunci.* Hinc si filia dos elocationis tempore constituitur, tanquam ex recepta consuetudine tacitè renunciassè non censetur, quia dotem accipere, & hereditariæ paternæ renunciare, diversa sunt facta. Separatorum autem separata est ratio, nec aliud ex alio inferri potest. l. fin. ff. de calum. l. *Papinianus exuli* 20. ff. de minor. *Matth. VVes. confil.* 74. n. 30. & seq. vol. 2. *Barth. Kellerb. d. tr. quest.* 7.

Positio II.

Quamvis jure civili tale pactum reprobatum, (a) jure tamen Canonico fuit approbatum, (b) usu & consuetudine rationabili confirmatum, (c) & in augustissimo Camerali judicio, (d) receptum.

(a) Text. evidentissimi in l. *pactum dotali* 3. C. de collat. l. *pater instrumento* 16. ff. de suis & legit. hered. Hoc ipso enim pacisci videmur, ne quæ nobis sit filia, qualis abdicatio maximopere LL. repugnat l. *abdicatio* 6. C. de patr. posest. in tantum ut nec jurejurando de jure civili confirmari queat. l. *non dubium* 5. C. de LL. ibi *Coras. Donell. ad l. fin. in fin. C. de pact.* cum vis juramenti non sit in contractibus planè inutilibus major, quam contractus ipsius d. l. *non dubium.* ubi *Coras. Bald. Jason. & alij. C. de LL.*

(b) *Supr. allegat. c. quamvis de pact. in 6.* Cui juri, non obstante præmemorata juris civilis prohibitione, propter annexam sanctionis causam arduam: Omne juramentum non vergens in æternæ salutis dispendium, servari debere, si meritò, ut etiam, in alijs animæ salutem & peccati materiam concernentibus, est standum. *Schurff. conf.* 83. numer. 6. & seq. cent. 3. *Matth. VVes. conf.* 44. numer. 37. *Vincent. Hond. consult. decis.* 60. vol. 2. n. 30. *Adrian. Gylman. tom. 2. Symphor. part. 2. vot.* 46. n. 24. *Job. Tilman. de Benig. 3. syntagmat. dec.* 2. vot. 10. Dissent. *Ferrari. ens. in form. respons. rei convent. verb. præscriptionis n.* 28. Circa dispositionem d. c. *quamvis* dissentit quoq; *Francis. Hotom. conf.* 8. existimans juramentum hoc nullam producere obligationem, utpote contra naturæ jus inductum. De cujus rationibus in ipsa *Ἐυξινήσει.* Sed an in Imperij terris illa etiam locum habeat, maximeq; Protestantes ad ejus, ut & reliquorum Canonum inviolabilem obser-

wantiam, suspensa jam, per saluberrimam Imperij, de religionis pace, legem, Pontificiorum jurisdictione, adstringat? Dubitatur. Affirmativam defendere tentabimus: Non quod hoc ipso Pontificiorum majoritatem agnoscamus, sed quod vis consuetudinis vel Principum & Curiarum liberrimo assensu canones, quatenus juri divino, naturali, ac æquitati consentanei, ad probatos deprehendimus. Unde ratione hujus ad probationis non Pontificium, sed Cæsareum jus dici meretur. *Joh. Dauth. in Prologom. de test. n. 8. Pulchrè Bart. Muscul. de anomol. success. memb. 2. concl. 5. cl. 1. lit. a. n. 162. & seq. mult.* Stante verò conclusione, pactum de non succedendo, juramento convalidari posse, in disceptationem venit, an non idem de Succedendi pacto dicendum? Negantibus ad stipulamur: Tum quod d. s. quamvis. de pacto loquatur tantum renunciativo, propterea ad pactorum genera alia non extendendum, maxime cum novum jus contineat, & legum correctionem inducat. *Forst. Jun. tr. de pact. c. 6. tum, quod diversissima hujus & illius ratio, quam explicant Joh. Borch. de pact. c. 5. n. 67. & 68. Fach. lib. 8. controvers. 72. Gadd. tr. de Contrah. stipul. c. 6. n. 106. Jerem. Setzer. tr. de juram. lib. 2. c. 5. Diss. Bald. in c. 1. § moribus. si de feud. fuerit content. inter. dom. & agnat. Joh. Ramat. ad d. c. quamvis numer. 17. & seq. & alij quam plurimi, à Setzero d. loco allegati.*

(c) Pactum hoc renunciativum non minus fundari in consuetudine quam in juris canonici dispositione, dicit *Henr. Breul. tr. de renunc. recept. more. caus. 1. c. 2. n. 8.* Quia autem ea demum consuetudo nomen juris mereatur, que rationabilis. *l. 39. ff. de LL. Novell. 134. c. 2. 3. & 4. Distinct. 8. c. fin. & ibi Gl. in verb. rationabilis. de Consuet.* Paucis rationes, quibus suffulta, ut hoc modo quorundam clamitorum (quos uxorios *Breul. d. tr. caus. 1. c. 6. n. 4.* appellat) ora obturent, dicentium; seclusionem talem, tanquam ab omni ratione & æquitate exorbitantem, naturæ esse contrariam, indagare libet. Eam vero primo juri divino inniti hinc apparet, quod isthoc non tantum in divisione promissæ terræ, foeminarum nulla habita fuerit ratio, eademq; inter solos agnatos & masculos populi Israel divisa, verum etiam in successione filij filias, fratres sorores, agnati cognatos, & propinquiore de familia foeminas, ex legis divinæ præscripto, excludunt. *Numer. 27. & 36.* Quam legem ad Græcos, apud quos non licebat *τη επιληρω*, nullis exstâtibus masculis nubere, nisi agnato ac gentili proximo, *Demosthen. contra Beot.* translata quoq; fuisse, scribit *Bodin. lib. 5. de Repub. cap. 2.* Hanc igitur, si consuetudine introductam, videmus, quid prohibet, quo minus eam legi divinæ cum *Chassan. ad consuet. Burg. rubr. 7. § 12. in pr. n. 15. Tiraquell. de retract. in præfat. n. 7. Decian. cons. 17. numer. 31. vol. 1. Zas. consil. 1. num. 46. vol. 2. Gail. 2. obs. 122. n. 10. in fin. Fichard. cons. 3. num. 15. vers. ex allegatis. vol. 1. dicamus.* Deinde juri etiam naturali est consentanea: nam eo jure sexus Masculini

linus.

857
finus, quoad dominationem, potestatem, majores sensus & corporis fortitudi-
nem ac dignitatem, racemus alias prerogativas, foeminio est honoratior. *Arist. poe-*
lit. c. 8. Lips. polit. 2. c. 3. Frideric. Pruckman. in eleganti suo tr. de diff. utriusq. se-
xus. par. 1. Jacob. Orloshaus. in Respons. an foem. extant. masc. rectè excludantur
certam. masculofoem. acie virili cap. 5. Vult. Consil. Marpurg. 29. quest. 2. n. 31. 32.
33. 34. vol. 2. Meritò igitur honoratior esse debet in successione, uti concludit
Laurent. de palat. in repetit. § ceterum. n. 12. Inst. de legit. agnat. success. Id quod
publica etiam requirit salus, quæ tum demum viget & floret, familiae si floruerint,
viguerint. Georg. Schonborn. lib. 1. polit. c. 10. At illarum vigor, cum tantum
in bonis, agnationi conservandis, consistat. l. quisquis 5. C. ad L. Iul. de adult. l.
pietatis 6. C. de suspect. tut. Novell. 90. c. sancimus 1. Thom. Doccus Consil. 6. n. 8.
Michael. ab Aguir. de success. Regni Portugall. p. 3. n. 64. ac agnatio à viris solis de-
pendeat, l. foemina 9. ff. de senator. l. ult. C. de nupt. Optimo jure, major bono-
rū pars, Masculis quā foeminis debetur. At quæ sunt illa incommoda, ex æqua si lan-
ce, nulla sexus habita ratione, æquales assignarentur portiones? Primum oritur
ratione Dominorum: alterum ratione Vasallorum. Priori respectu, egenos
haberent vasallos, qui bello ingruente, Pro feudorum exigentia, satis instructi, uti
deceret, comparere minimè possent. Breul. d. tr. caus. 1. c. 3. n. 1. Quod ne fiat
iporum interest: tantò enim illustriores ac majores reputantur, quantò potentio-
ribus præfunt. Novell. 15. in fin. Gail. 1. obs. pr. 21. n. 1. Posteriori respectu, Vasal-
li ad bella plusquam iniqua extruderentur in vitis: deficiente menstrua solutione, ad
direptiones, rapinas, devastationesq; illorū etiā, quos protegere debebant, quin-
& sæpè miseris annuentibus comprobantibusq; inuitarentur. Breul. d. tr. caus. 2.
c. 2. num. 10. Quod itidem, si non omnimodam Imperij devastationem, pacis tamen
publicæ turbationem, minaretur, magnam. Deniq; nec à jure civili planè
est aliena. Nam & ante Justiniani tempora in successioneibus semper ferè ag-
natorum & sexus masculini, potiorum, quam foeminarum & ex iisdem natorum
causam & conditionem fuisse, constat. Paul. lib. 4. sentent. tit. 8. § foemina. Ju-
stin. in § ceterum. Inst. de legit. agnat. success. § Item vestutas. Inst. de hered. ab-
intestat. Pulchrè Decian. consil. 17. n. 31. vol. 1. Quia ergo pactum hoc renunciati-
vum nos ad jus antiquum, SS. literarum, naturale, & ad LL. 12. tabul. deducit,
Joh. Nebizan. in sylva nupt. lib. 1. n. 169. Thesaur. decis. 35. n. 6. Hocq; favora-
bile censendum sit & pium. Alberic. Gentil. disp. 2. de unione Regnor. Britan. 96.
pag. Utiq; iniquitatis cessabunt quærelæ. Neq; est, quod quis nobis l. maximum
vitium 4. C. de lib. pr. eter. ogganniat, præterquam enim, quod Bodin. 5. de Re-
publ. c. 2. eam vitij arguit summi, tanquam à Theodora profectam, tralatitium
est, consuetudinis tantum esse efficaciam, ut legem etiam scriptam vincere possit.
l. si de interpretatione 37. ff. de LL. c. 1. de feud. cognit. lib. 2. ubi Cujac. Donell. 1
serment. 10.

228 (d) Gylman. tom. Symphor 4. part. 3. fol. 6. n. 136. & tom. 3. verb. re-
munc. & tom. 4. part. 5. fol. 7. Tilman. de Benig. Syntagmat. 3. decad. 2. fol. 10.
Mynsing. 2. obs. 7. Gail. 2. obs. 147. num. 9. quæ cum Imperatorem repræsentat &
ipsum, & Principis sit consistorium, per notata à Gail. 1. obs. 1. n. 7. & 1. obs. 42.
n. 3. Myns. cent. 4. obs. 5. Ejus quoq; decisiones ad omnia loca Imperio Roma-
no subjecta, sese extendent. juxta l. extra territorium vlt. & ibid. tradita à Dd. ff. de
jurisd. omnium jud. Andr. Knich. de pact. investitur. p. 1. c. 3. n. 330. Vult. conf.
Marpurg. 29. quest. 3. n. 129. & 130.

Positio III.

Bona (a) in renunciationem venientia, ut plurimum
avita dicimus & immobilia. (b) Sub quorum renuncia-
tione generali, bona per successionem ab intestato spera-
ta, (c) non verò feudum, (d) Emphiteusin, (e) fidei-
commissum, (f) dotem maternam, (g) bona fraterna,
(h) æs alienum, (i) nisi inspecie illis omnibus renuncia-
tum, compræhendi, adserimus.

(a) Ea omnia recensere & perfectè definire velle, nimis laboriosum ju-
dicat Breul. d. tr. caus. 2. c. 1. cum pacta & conventiones, quæ legem renuncia-
tioni dant, interponi soleant, ex quibus interpretatio sumenda. l. contractus 23.
ff. de Reg. Jur.

(b) In his enim præcipuè gloriantur agnati, & splendet eorum nobilitas
Dionis. Halicarnass. lib. 3. Rom. antiquit. in pr. Alexand. Raudens. decis. Pisan.
37. num. 6. Et licet interdum renunciatio fiat de mobilibus, utpote Vasæ argenteis,
vestibus &c. Breul. c. 4. caus. 2. numer. 7. Jis tamen in genere etiam cum jura-
mento non renunciatum censer, magis est: cum nunquam generalia extendan-
tur ad ea, quæ specialem & peculiarem habent indolem. arg. l. quæcumq; 1. ff. de offic.
ejus cui mandat. est jurisd. l. obligatione generali 6. ff. de Pignor. c. generali de Reg.
Jur. in 6. Barthol. Muscul. de anomol. success. cl. 1. memb. 2. concl. 5. lit. b. nu-
mer. 230.

(c) generali isti renunciacioni, filiam successionis ab intestato jus inclu-
sisse, verisimilius est: Cum hæc omnes & singulas eas species, quæ generi isti sub-
sunt comprehendit. l. si duo 51. ff. de administr. tut. l. omnes 4. C. de præscript. 30.
fol. 40. anner. Quamvis autem non, nisi defunctis demum parentibus, liberis ac-
quirat.

quiratur, quia tamen in legitimam spem sibi fixerunt, in præsentem etiam causa successione potentiatur, deq; ea disponere poterunt. *argr. l. spem futura actionis 3. C. de donat. Barthol. Kellenbent. de success. renunc. quest. 1. n. 11. Dissent. Chassan. ad consuet. Burg. Rubr. 7. n. 12.*

855
(d) non tantum si hereditati renunciatum, e. g. **Vorziehe vnnnd Begebe mich all meines Vattern Erb vnnnd mir zukommendes theil:** feuda non veniunt sub hereditatis nomine, cum aliunde dependeant & filiabus obveniant, nempè à Domino, vel ex jure investituræ antiquo & consuetudinaria, *Matth. VVes. conf. 74. numer. 80. p. 2. quod indistinctè de omnibus etiam feudis improprijs verum putamus. Henr. Rosenthal. synops. feud. part. 1. c. 7. concl. 22. numer. 9. & mult. seq. Dissent. cum Neapolitanis nobissimè Kellenb. d. tr. quest. 26. numer. 14. Ubi nostram adsertionem quidem concedit, quoad feuda ex pacto & providentia quaesita, non vero quoad hereditaria, quem sequitur Musc. de anomol. suc. cl. 1. memb. 2. concl. 7. lit. f. numer. 362. Verum etiam si bonis paternis; Vorziehe mich meiner Vätterlichen gütern: tum propter text. c. in generali obligatione 5. si de feud. defunct. content. sit inter dom. & agnat. lib. 2. tum quod talis renunciatio illa bona respicere videtur, quæ filiabus ex successione obventura paterna, qualia feuda non sunt. Et licet vocabulum BONORUM generale admodum sit, l. bonorum 49. ff. de verb. sig. & aptum per se comprehendere multa, tamen id ex ratione aliqua particulari & singulari, ut hîc, sæpè non procedit. Eleganter Rosenthal. memb. 1. de feud. alien. concl. 13. numer. 11. & c. 3. de success. descend. ab intest. concl. 22. numer. 11. Jas. in auth. unde si parens n. 7. C. de in offic. test. Paris. conf. 12. viso themate. numer. 54. & seq. præsertim numer. 67. ac seq. vol. 1. & conf. 7. in pr. & numer. 7 cum seq. vol. eod. Albert. Brum. de statut. exclud. form. art. 8. numer. 113. Dissent. Benedict. in c. Raynuius in verb. si absq; liberis. 2. in tr. d. Vulg. substit. numer. 58. & seq. extr. de testament. Spec. in tit. locat. vers. 158.*

(e) *Börgnin. Cabalean. de Usufr. mul. relic. sect. 2. n. 23. lib. 2. Muscul. de anomol. success. cl. 1. memb. 2. concl. 7. lit. f. n. 364. Dissent. Barthol. Kellenb. quest. 26. n. 13. de success. renunc.*

(f) Principaliter enim pactum hoc renunciativum de bonis, interponitur paternis, filiabus, sanguinis jure, obvenientibus, *Barth. Kellenb. de success. renunc. quest. 30. numer. 2. At cum fideicommissum non ex dispositione paterna, sed primi Testatoris beneficio, cui in fideicommissum succeditur, debeatur l. si filius §. 1. ff. quod cum eo. l. 1. §. de illo l. si heres 68. ff. ad. SC. Trebell. sequitur, sub generali renunciatione fideicommissum non contineri. text. in l. qui Roma 122. §. ult. ff. de verb. Obl. ubi Cujac. & in l. si heres 68. ff. de legat. 3. Paris. conf. 62. numer. 5. volum. 2. Bursat. consil. 51. numer. 15. vol. 1. Hotom. conf. 14. numer. 4. Cyphan. tr. de 18.*

de renunciat. pag. mihi 62. Fach. lib. 5. controvers. 20. Barth. Kellenb. d. tr. quest. 30. Barth. Musc. de anomol. success. cl. 1. memb. 2. concl. 7. lit. f. numer. 363.

g) Dotem maternam sub bonorum paternorum renunciacione non comprehendit, stricta suadet pacti hujus natura, specificam & expressam desiderans, rerum renunciandarum, enumerationem. *Dd. in l. quicquid adstringenda 99. ff. de verb. Obl. & in l. tres fratres 35. ff. de pact. Gail. 2. obs. 77. numer. 5. Philip. Matth. conf. Marpurg. 20. numer. 24. & seq. fol. 1.* Et licet dos in mariti dominium transierit: *l. si pradium 23. C. de jur. dot. l. doce ancillam 9. C. de Rei vind. maxime quæ astitatò data, non tamen propterea eam bonis paternis annumerandam censemus, quippe cum multis modis dominium istud limitatum deprehendamus. tot. tit. ff. & C. solut. matrim. l. neg. mater pro filia 14. C. de jur. dot. l. seruum dotalem 21. ff. de manumiss. l. si constante 24. s. si maritus 5. ff. solut. matrim.* Imò quia uxori hujusq; heredibus tanquam ex re aliena ad eam dandam, adstringatur, *Bartol. in l. ut jurisjurandi. s. si liberi. in fin. ff. de Oper. libert. Bald. in l. liti- bus numer. 28. C. eod.* Et id demum in bonis alicujus esse dicatur, quod deducto superest ære alieno *l. subsignatum 39. s. bona intelliguntur. 1. ff. de verb. significat.* Juris certè ratio minimè permittet, dotem maternam vel in bonis paternis fuisse, vel etiam filiam isti renunciasse, ut dicamus. *Barth. Kellenb. d. tr. quest. 29.*

(h) Ut si frater post patris hereditatem agnitam absq; liberis decessisset, an tunc sorori bonorum paternorum renunciatio obstat, quo minus fratri succedat? Meritò negamus. Adeuntis enim patrimonium cum hereditate confusum, atq; ita res in hereditate existentes, successoris, per hunc titulum universalem ad-undo agnitum, propriæ factæ sunt, *l. sed si plures 10. s. 1. ff. de Vulg. & pupill. sub- stit. ut nulla pars earum possit videri alterius, ne quidem defuncti esse l. heres quan- doq; 54. ff. de acquir. vel omitt. hered.* Accedit, quod ut res sit & vocetur paterna, materna, vel fraterna, à persona proficiscatur possidentem. *Pulchrè Gædd. ad l. 24. numer. 13. ff. de verb. sig.* At mutatâ possidente personâ, rei mutatur qualitas & no- men, quæ à persona possidente pendebant. *l. quod meo 18. ff. de acquir. vel omitt. poss.* Quia ergo hîc non amplius paterna, cui saltem renunciata, sed frater- na hereditas, ab ea tanquam ex causâ nova proficiscente, soror minimè erit repe- lenda. Et hanc sententiam communem dicit. *Marantb. disp. 10. numer. 16. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 264. numer. 18. & seq.* Et in facti contingentia à Senatu Pedamont. confirmatam asserit *Thesaur. decif. 62. in pr. Approbant & Myns. conf. 33. numer. 8. 9. & 10. Dec. 3. Castrens. conf. 54. part. 3. & conf. 372. nu- mer. 4. part. 1. Dissent. Roman. conf. 442. Ruin. conf. 145. lib. 2. Curt. jun. conf. 20. Alex. conf. 29. numer. 6. Jaf. conf. 105. lib. 2. Roland. conf. 76. lib. 3. Fab. conf. Pragmat. dec. 14. ser. 3.*

(i) 25

(i) res enim alienum, quo parens filiaz renunciantei obstrictus, proprium est filiaz bonum, non paternum. At filia non de suis proprijs bonis, sed paternis solum, quorum spem in successione positam habebat, disposuisse censetur. Et hoc neq; in hereditatis venit divisionem, neq; per hereditatis aditionem extinguitur, sed tantum, quatenus heres defuncto succedit, confunditur *l. cum à matre 14. C. de Rei vindic. hinc ante omnia ex hereditate quoq; deducitur. l. si filia 20. § 1. l. fundus 57. in pr. ff. fam. erciscund. Matth. V. Ves. conf. 86. in fin. part. 2. Barthol. Kellenb. d. tr. quest. 28. numer. 3. Dissent. Guido Papae. decis. 93. numer. 3.*

Positio IV.

Ad ritè perficiendum pactum hoc renunciativum, corporale requirimus juramentum, (a) dotem congruam, (b) non certiorationem, (c) nec insinuationis solemnitatem. (d)

(a) *Text. express. in d. c. quambis de pact. in 6.* Cujus verba exactè sunt ponderanda, quæ ita habent: Quamvis pactum à filia, dum nuptui tradebatur, ut dote contenta, nullum ad bona paterna haberet regressum, improbet lex civilis: Si tamen JURAMENTO, non vi uec dolo, præstito, firmatum fuerit &c. Ex quibus posterioribus luculentissimè apparet, juramentum hîc pro forma requiri. Quia ergo forma, quæ dat esse rei, ad unguem servanda: *Bald. in l. jurisgentium. in fin. & ibid. las. numer. 7. ff. de pact.* Eaq; non servata in minimo vitiat totum, *Bald. in l. 1. ff. de lib. & posthum. fieri non potest, illud ut intermittatur.* Et hanc sententiam, quam *Anton. Gabr. comm. concl. lib. 2. lit. 5. limit. 34. & seq.* Communem dicit, approbant quamplurimi docendo & consulendo. *Guid. Pap. quest. 146. 192. 224. Borchol. tr. de pact. c. 5. numer. 61. & 62. Myns. conf. 10. Dec. 1. numer. 25. Ves. conf. 51. Autor. Consil. 2. quod extat post Breul. d. tr. vers. Als erst lich. Vult. conf. Marpurg. 25. numer. 127. & seq. Frid. Pruckm. conf. 48. numer. 209. Gadd. de contrab. stipul. c. 6. concl. 2. numer. 103. Forster. Jun. de pact. c. 6. Kellenbentz. d. tr. quest. 3. numer. 9.* Et secundum eam in Subaudiæ Senatu decisum, refert *Anton. Fab. Codic. Forens. decis. tit. de pact. desimt. 13.* Id quod etiã tantum verum existimamus, ut nec in illustribus personis promissio illa; *By ihren Ehren/ wûrden/ waren Worten/ guten glauben / vnnnd an aydes statz/* sufficiat: tum quod textus *d. c. quambis* juris civilis sit correcto-

B

rius

rius, proinde strictissimè accipiendus, nec de juramento loquens, ad fidei præstationem extendendus, ut rectè censuit. *Petr. de Ancharan. quem refert Georg. Natæan. ad d. c. quambis. numer. 24. vers. quinto limita.* tum quod juramenti definitio, præstationi huic fidei minimè conveniat, nisi quis dicere vellet, promittentem tantum fidei suæ, quantum religioni erga Deum tribuere, seq; ipsum ob perjurium vindicem habere posse, quod sanè pietati & legibus repugnat. *Eleganter Kellenb. d. tr. quest. 3. numer. 6. & seqq.* tum etiam, quod juramenti appellatio, in dubio, in potentiori suo significato, atq; sic de juramento corporali solemnè, non verò de nuda fidei præstatione accipienda, uti tradit *Rutg. Ruland. in tr. de commiss. p. 2. lib. 2. c. 11. numer. 35. per. l. 1. C. si advers. vendit. & l. si alterius C. si minor se major. dixer.* Quamvis non diffiteamur talem promissionem, in alijs negotijs, in quibus quidem juramentum, non pro forma, ut in renunciationum terminis exigitur, juramento verò æquiparari posse. Quemadmodum declarant reu. hanc *Cyn. in auth. Sacramenta puerum. numer. 5. & ibid. Bart. numer. 7. Salicet. numer. 6. & Ias. num. 13.* Et in specie, quod licet clausula sub fide, alias comparetur juramento, secus tamen sit in renunciatione hereditatis, testatur *Matth. Ves. conf. 15. numer. 27.* Ubi dicit, Id liquidi esse juris & communis observantiæ, atq; ita omnes tenere *Dd. in d. c. quambis.* Et sic quoq; *Myns. 1. obs. 17. Gail. 2. obser. 59.* interpretamur. Dissent. in terminis renunciationum *Jonas Wiedens Popff conf. 48. numer. 14. vol. 1. inter respons. varior. Ictor. & ibid. Iohan. Bejer. conf. seq. numer. 13. & seq. Fichard. conf. 54. numer. 2. & 3.* Et hæc, quæ de juramenti veritate diximus, obtinent tunc, si non consuetudine aliud sit receptum: Hanc enim injuratas renunciationes introducere posse, non dubitamus c. 1. de filijs nat. ex matr. ad morganat. lib. 2. feud. c. filij. si de feud. content. fuer. inter Dom. & agnat. lib. eod. *Schurff. conf. 96. numer. 20. cent. 1. & conf. 14. numer. 3. cent. 2. Myns. resp. 4. dec. 14. n. 88. Fichard. conf. 53. numer. 10. & conf. 54. num. 4. vol. 1. Job. Thilman de Benig. Syntag. 3. decad. 2. vol. 10. numer. 4. & seq.* Et in specie, de tali provinciæ hujus Megapolensis consuetudine, testatur *Magnific. Ictus Da. Ernest. Corhman. respons. 99. numer. 51.* quam tamen ex Saxonico jure, quo juramentum corporale non exigitur, *Landrecht lib. 1. art. 13. §. het ten sie. Weichbilde. art. 57. Matth. Coler. german. decis. 38. numer. 2.* originem traxit dicit *numer. 55.* Non existente vero tali consuetudine, an pactum de non petendo, si fuerit renunciationi adjectum, idem operetur quod juramentum? Queritur. Negativam veritati magis amicam arbitramur; Cum vera differentia hujus & illius pacti dari non possit, & in utroq; remoto juramento, eadem prohibitionis militet ratio. *Bart. in l. transactione ff. de transact. Alex. Ias. Angel. & ceteri in l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Ruin. conf. 159. col. 2. vol. 5.* & multi alij, accumulati à *Tiraquello de LL. connub. gl. 3. numer. 4.* Dissent. *Capoll. in tr. Cautel. 183.* De quibus cautelis videatur *Fichard. in earundem præfatione*

judi-

judicium, dicens nonnullas manifestè esse frivolas contra leges & in fraudem earundem concinnatas, imò & inhonestas. 857.

(b) Ictus Pomponius in l. 1. ff. Solut. matrim. Publicè, ait, interesse, dotes mulieribus conservari, & dotatas esse fœminas ad sobolem procreandam, replendamq; liberis civitatem, maximè necessarium. Absente enim dote non facile nubunt: si non nubunt, non sunt matrimonia: Si non sunt matrimonia, non sunt liberi homines: Si non sunt liberi homines, non sunt cives: Si non sunt cives, non est quoq; civitas & Respublica, quæ concipitur, crescit & amplificatur civium & familiarum incremento & amplitudine, ut colligit Anton. Hering. tr. de fidejussor. c. 7. numer. 454. Dos igitur est medium perveniendi ad matrimonium, Cravett. conf. 281. unmer. 2. Propterea mulierum interest, eas esse dotatas, Castr. conf. 456. lib. 2. Verum cum nulla Respublicæ perniciosior sit corruptela, quàm dotium immensitas, per quam familiæ ad egestatem rediguntur, quâq; si virgines carent, in Monasterium non spontè, sed vi detruduntur. Du. author. Parthenij Litigiosi lib. 1. c. 13. numer. 38. saluberrimo consilio hoc phar-macon est ad inventum, introductum & confirmatum, quo dos filiabus non planè nulla, neq; immensa, sed congrua assignatur, d. c. quamvis. verb. ut dote contenta. de pact. in 6. ira, ut si illa non intervenerit, pactum juratum nullius sit momenti. Est enim dos alimentorum loco. Novell. 18. c. 3. Boer. decis. 104. numer. 11. Tiraguell. de jur. primogenitur. quest. 62. numer. 5. Gail. 2. obs. 95. numer. 9. Imò ex multorum sententia favorabilior alimentis, Gail. d. loc. numer. 5. Pulchrè disputat Job. Petr. Surd. de aliment. tit. 9. quest. 1. sed, quod pater non teneatur alere filiam divitem, l. si quis 5. §. sed si 7. ff. agnos. & alend. lib. at maximè dotare l. 6. C. de Collat. l. fin. C. de dot. promiss. l. quod favore 6. C. de LL. Myns. cent. 5. obs. 32. numer. 5. Quemadmodum igitur non valet pactum etiam juratum, ne pater alat filium c. cum quidem. de jurejur. Ioh. Dauth. post Nat. in d. c. quamvis de pact. in 6. numer. 52. & seq. Ioh. Baptist. Pontan. tr. de aliment. c. 2. numer. 3. & 4. Coler. de Aliment. lib. 4. c. 9. numer. 27. & seq. Sic quoq; non valebit pactum neq; statutum, filiam, nulla dote accepta, renunciare debere. Hinc est, quod filia statuto à successione exclusa, non tamen sit exclusa ab alimentorum petitione & dotis cum ijs symbolizantis. Bald. in l. alimenta in fin. C. de negot. gest. Surd. d. tr. tit. 8. Privileg. 56. numer. 22. 23. Dissent. Covarr. in d. c. quamvis. p. 3. §. 2. numer. 7. Natta. ibid. numer. 140. Fach. 3. contr. 24. Barth. Kellenb. d. tr. quest. ult. numer. 42. & mult. seq. Hinc dotem congruam, non communi opinione, quàm legitimæ exactè, Uti Corn. conf. 300. numer. 3. Vol. 3. Zoanett. lib. rer. quotid. c. 22. numer. 1. Treuth. Vol. 2. disp. 7. thes. 2. in fin. Boer. decis. 3. numer. 12. autumant: Contra quos accuratè Anton. Fab. Codic. decis. fogenf. tit. de inoffic. test. definit. 19. & seq. disputat, licet in quibusdam, ad certos effectus

effectus ei adimuletur, & in ejus locum subintret. *Muscul. de anomol. success. memb. 2. concl. 5. lit. f. numer. 207.* Sed qua alimentis respondeat, dicimus. *Ascan. Clement. de patr. potest. c. 5. effect. 1. numer. 8. Petr. Surd. de aliment. tit. 1. c. 10. num. 17.* Ubi tamen bonorum, liberorum tam susceptorum quam suscipiendorum, nobilitatis mulieris, dignitatis viri, consuetudinis loci, tam à patre, quam à iudice, à cujus arbitrio hæc res interdum dependet, ratio habeatur. *l. cum post 69. § gener. 3. l. quero 60 ff de jur. dot. l. si filie pater. 43. de legat. 3. Paleott. de Spur c. 50. Menoch. 2. arbit. jud. quest. 149. n. 3. & seq. Sichard. p. 2. conf. matrimonial. 9. n. 10. & conf. 10. n. 14.*

(c) Tam beneficiorum, ut sunt, *Restitutionis in integrum, l. pactum de ali. C. de collat. l. fin. ff de suis & legit. hered.* cum juramentum sit loco certificationis *c. ex rescripto. de jurejur.* Cui ea vis inest, ut actum omni meliori modo valere faciat, habeatq; expressionem consensus specifici. *auth. sive à me. C. ad SC. Uellejan. junct. c. cum contingat. de jurejur. ubi Canonist.* Et aliàs, ubi ignorantia in jure consistit, juramentum ad ea, quæ hoc modo ignorantur, extenditur, *arg. l. 1. & 2. ff de jur. & fact. ignor.* Quàm patrimonij, cum non præsumatur, filiam ignorare quantitatem substantiæ paternæ, per ea quæ traduntur in *l. de tutela 7. C. de in integr. restit. Ias. post alios in l. 1. numer. 20. ff si cert. petat.* eod quod liberi intelligantur una persona cum patre, *l. fin. C. de impub. & alijs substit. & domini paternorum bonorum, etiam vivente patre. l. in suis 11. ff de lib. & posthum.* Ut igitur nemo bonorum suorum valorem ignorare præsumitur. *l. quisquis 15. ubi gl. ad verb. debuerat. C. de rescind. vendit.* Ita nec liberi. Unde qui certus, certiorari non debet *l. 1. in fin. ff de act. empt.* Et licet vel maxime filia quantitatem ignoraret, sibi imputet *l. quisquis 15. C. de rescind. vendit.* Cum paria sint scire, vel scire debere. *l. quod te 5. ff de reb. cred. l. qui cum alio & ibi gl. ff. de Reg. Jur. l. idem juris 8. ff ad l. Aquil.* Et hanc sententiam approbant *Gabriel. comm. concl. lib. 2. tit. de jurejurand. concl. 6. Guid. Pap. decis. 227. in fin. Alex. conf. 42. numer. 17. vol. 1. Ves. conf. 23. numer. 53. & conf. 52. num. 33. cum seq. Modest. Pistor. conf. 13. vol. 1. numer. 10, 11. & 42. numer. 9. vol. eod. Joh. Dautb. ad d. c. quamvis de pact. in 6. numer. 75. Dn. Ernest. Cothman. d. respons. 99. part. 2. num. 80. Dissent. Henric. Brehl. de renunc. recept. caus. 3. c. 8. n. 3. Muscul. de anomol. success. cl. 1. memb. 2. concl. 7. lit. i. n. 372. & seq.*

(d) Tum, quod diversissima sit ratio renunciationis & donationis immodicæ, quam ex sententia *Bald.* inculcat, *Kellenbentz. d. tr. de success. renunciati. quest. 6. num. 11.* tum, quod jurisjurandi religio omnes hujusmodi defectus & solemnitates, utpote quæ ex humana solum lege, quæ dispositionibus divinis nulla ratione obesse potest, *Imol. in c. cum contingat. numer. 3. & 6. de jurejur. descendunt, supplet. Alexand. conf. 53. numer. 6. & 7. volum. 3. Gabr. Comm. concl. lib. 3.*

Positio V.

Factâ ergo in filiorum favorem renunciatione, filiam ejusq; descendentes, (a) non tantum à filijs in primo, sed & à nepotibus masculis in secundo gradu, (b) constitutis: Si verò in favorem masculorum, etiam à Patruo, (c) fratribus sine descendentibus masculis defunctis, excludi putamus.

(a) Sive nepris sit. §. 1. *Inst. de success. cognat.* sive nepos: quia & is ex inhabili descendit materia. *argt. l. 2. C. de liber. & cor. libert. Decian. conf. 1. numer. 11.* Licet enim mutetur sexus, non tamen ratio mutatur exclusionis, cum nepos non possit venire, nisi tanquam matris imago. *l. illam 19. in fin. C. de Collat.* Unde est, quod foemina non solum non succedat in feudis, sed nec descendentes ex ea masculi. *c. unic. §. 3. ubi Matth. de Affict. numer. 8. & 25. lib. 1. feud. tit. de natur. success. feud. 3. Jacob. de Ardizo in epit. feud. l. c. 137 vers. & quod dico.* Matris namq; radice amputatâ, rami quoq; decidunt, ut ex Cephalo loquitur. *Frid. Pruckm. de diff. utriusq; sex. p. 1. memb. 4. art. 13. numer. 14. Andr. Knich. de pact. investit. p. 1. c. 3. numer. 108. & seq. Rosenthal. c. 7. de success. foem. concl. 32. numer. 23. Muscul. de anomal. success. cl. 1. memb. 2. concl. 6. lit. d.* Et non potest alicui id concedi, quod auctori ejus non licuit. *l. nemo 54. l. aliud. 160. §. fin. ff. de Reg. Jur.* Quâ ratione Guilhelmu[m] Comitem de Nassavv, ejusq; filium Principes Uranix, in Comitatu *Kaltzenelbogen* non succedere potuisse, sed Landgravium Halsix, tanquam agnatum potiorum fuisse, refert *Libor. Hattysfer, in analysi juris feud. pag. mihi 58. lit. d.* Sed quid dicendum, si filia, per renunciationem exclusâ, pramoriatur ante patrem vel fratres, an nepotes ex ea, à successione Avi vel avunculi veniant excludendi! Gravissima hæc est quaestio, quam *Dauth. ad d. c. quavis numer. 44.* punctum dicit altissimum. *Beust. ad l. 1. de jurejur. numer. 229.* quotidianum: Cujus negativam propugnarunt & adhuc magni nominis propugnant *ICri. Bart. in l. qui superstitis ff. de acquirend. hered. Bald. & Dd. comm. in l. pactum dotali 3. C. de collat. Fab. in Cod. forens. de pact. definit. 14. Marantb. disp. 10. numer. 13. VVes. conf. 11. numer. 3. & 14. & conf. 71. fol. 2. numer. 13. 14. Fach. 3. controvers. 23. Grass. lib. recept. sentent. §. legitima. quest. 4. numer. 2. & seq. ac multi alij citati à Job. Dauth. d. loc.* Affirmativa, utpote

juris veritati magis consentanea, nobis allubescit: Tum, quod heres una eademque persona cum defuncto reputetur. *Novel. 48. in pr. Anton. Gabr. concl. 11 numer. 2. lib. 6. tit. de Reg. Jur.* At sicut defunctus non contra suum posset venire contractum *l. post mortem 25. ff. de adopt. l. 1. in pr. ff. de except. rei vend.* ita nec ejus heres. *l. si creditoribus 5. C. de serv. pig. dat. l. si tertius 6. § Celsus. 7. ff. de aq. plu. vial. ar. Natt. conf. 214. numer. 2. lib. 1.* tum, quod ex personis heredum obligationum conventiones non mutantur, *l. 2. § ex his 2. ff. de verb. Obl. l. toties 6. in pr. ff. de pollicit. l. fin. § fin a. C. de jur. delib.* tum, quod successio certo fiat personarum & graduum ordine, non verò per saltum, ut loqui solent *Dd. in l. meminimus 15. C. de legit. hered. § 2. Inst. de hered. ab intest. arg. l. 7. § 1. ff. de servit.* quia autem mater à successione stipite est succisa, neq; amplius inter eos qui de familia sunt, radices agat, palmes quoq; qui ex ea vite succrescit, in legitimam exclusionem illius consequentiam, eodem jure reici debet, ne per saltum successio fiat, eleganter *Anne. Robert. 2. rer. judic. 5.* ubi hanc sententiam à Parisiensi Senatu approbaram fuisse, refert, quamq; etiam veriore dicit *Dec. conf. 181. numer. 7. Surd. conf. 133. numer. 11. & 12.* novissimè defendit *Barth. Muscul. de anomal. success. sb. 1. memb. 2. concl. 6. lit. d. n. 247. & mult. seq.*

(b) In omnibus enim dispositionibus, quoties filia ob alterius favorem ab aliquo commodo excluditur, sub filijs etiam nepotes comprehenduntur. *Bart. in l. liberorum. numer. 12. & 16. ff. de verb. sig.* Et licet in contractibus sub filij appellatione, regulariter nepos non comprehendatur, cum is contra proferentem sit interpretandus *l. veteribus 39. ff. de pact. Henric. à Rosenthal. tr. feud. c. 7. de success. fam. concl. 36. numer. 6.* mens tamen contrahentium, quæ semper ponderanda venit, *l. in conventionibus 219. ff. de verb. sig.* si aliud suadeat, justà interpretatione nepotes, licet expressè nominati non fuerint, sub filijs complectuntur *l. justa 201. l. filij 84. ubi G. d. n. 2. ff. de verb. signif.*

(c) Materia enim subjecta dicat, ut hoc in casu omnes heredes masculi comprehendantur. Cum enim in augendis familijs publica dominetur utilitas *l. 1. § publicè. ff. de ventr. inspic.* ex juris dictamine ea adhibenda interpretatio, quæ agnationi favet: maximè cum filia patrum, si nolisset inclusum, exprimere id clarius potuisset. Contra ipsam ergò pactum hoc erit interpretandum *d. l. veteribus 39. ubi Dd. ff. de pact. l. in contrahenda 135. ff. de Reg. Jur. Schurff. conf. 96. numer. 13. cent. 1.* Dissent. *Natt. ad d. c. quavis. numer. 275. & seq.* Perplexam autem & intricata circa hunc passum movetur controversia, an filia, ita in favorem masculorum renuncians, per masculi existentiam semel exclusa, perpetuè à jure successione censeatur exclusa? Neg. Quemadmodum enim in conventionibus & actibus etiam juratis censeatur inesse tacitè clausula: **Si res eo statu, quo erat tēpore dispositionis, permāserit, vel ut loquuntur vulgò; Rebus**

Rebus sic stantibus, *Curt. sen. conf. 2. n. 5. Pistor. conf. 55. n. 9. Sol. 1. Cephal. Const.*
187. numer. 1. Vol. 2. per. c. cum inter. de renunciat. c. quemadmodum. & c. clericus.
de iurejur. l. fin. C. de non numer. pec. quæ hoc operatur, ut propter novum emer-
gens, etiam ab his, quæ ante placuerunt, liceat rescilire. *Cagnol. in l. fin. numer. 164.*
C. de pact. Ita & renunciatio hanc habet implicitam conditionem: Si res in eodẽ
statu permaneat, hoc est, si nõ discesserint ij, in quorũ favorẽ est
renunciatiũ, *Marantb. disp. 10. n. 15. Scharb. in l. 3. C. de collat. numer. 10. Grass.*
lib. recept. sentent. § successio, quest. 10. numer. 11. & 12. Gail. 2. obser. 148. numer.
10. Henr. Breul. de renunci. succes. c. 9. caus. 4. Gylman. in symphor. tom. 1. p. 2. tit. 10.
bot. 5. numer. 9. & tom. 4. p. 1. bot. 7. numer. 33. & seq. Dissent. Bart. in l. fin.
ff ad SC. Tertyll. Bald. in l. Gallus. § quid si tantum. ff de lib. & posthum. Nat. ad d.
6. quambis n. 253. novissimè Bartb. Kellenb. quest. 40.

859.

Positio VI.

Fit quoq; interdum hoc pactum, vel cum reserva-
tione, vel simpliciter, Si cum reservatione, Donec Ma-
sculis ex fratribus existerit, filiam, fratribus cum foemel-
lis saltem decedentibus, ad fraternam successionem regres-
sum habere, adferimus. (a)

(a) Reservatio enim conservat jus reservanti l. si quis 14. § pleriq. ff de
Relig. & sumpt. fun. l. 4. § 1. ff quib. mod. pig. vel hypothec. solvat. l. pen. ff de aq.
quotid. ast. l. si pater 40. § exheredato. ff de bon. liber. c. nihil prodest. extr. de pre-
script. Ruin. conf. 45. numer. 1. Vol. 5. Porc. conf. 135. numer. 33. Paris. conf. 102.
numer. 26. Vol. 3. Burs. conf. 16. numer. 86. Vol. 1. Barth. Kellenb. d. tr. quest. 18.
Barthol. Muscul. de anomol. success. cl. 1. memb. 2. concl. 7. lit. b. numer. 294. Qua
mediate, impeditur dispositionis nativitas, & removetur consensus ab actu. *Alex.*
Raudens. de anolog. & equit. lib. 1. c. 27. n. 15. & seq. Consensus etiã live renunciatio limi-
tata, limitatum parit effectum. l. jubemus 21. C. ad SC. Vellejan. l. in agris limit. 16.
ff de acquir. rer. dom. Paris. conf. 12. n. 94. & seq. Quod in tantum verum existi-
mamus, ut neq; fratres viventes illam portionem, quam sibi soror in casu defici-
entium Masculorum reservavit, pendente conditione, alienare queant. Quem-
admodum enim heres, ad restitutionem rerum hereditariarum, sub conditione,
aliqua obstrictus, eas interim ad alios transferre nequit: l. Marcellus 3. § res que. ff
ad SC. Trebell. l. fin. C. de legat. Paris. conf. 48. numer. 16. Vol. 3. Gail. 2. obs. 137.
per tot. Et maritus, Usufructuarius, Emphyteuta & Vasallus, eam duntaxat ob-
causam

ceulam, quod jure ipsorum extincto, ad restitutionem rei in dotem, Usufructum & feudum concessa, devincti suat, omnem alienandi potestatem interdictam habent *l. neg. mater. 14. de jur. dot. l. Usufructus 66. ff. de jur. dot. l. 2. § 3. C. de jur. Emphyt. c. Imperialem & ibi Feudist. de prohib. feud. alien. per Frid. Ita & hoc casu, cum fratres similiter ad portionis restitutionem filix, ex paterna successione, debitz, obstricti sint, pendente conditione, alienatio facta subsistere minimè poterit. Et ita in Camera Imperiali in causa Ambrosij Keigers contra Heinzrichen Saurzapffen anno 1570. decisum fuisse, refert *Rutg. Ruland. in tr. decis. Cameral. quest. 22.* Addens talem alienationem neq; in causa maximè favorabili, videlicet, in institutione heredis procedere, quam sententiam quoq; approbant *Hubert. Gypban. tr. de renunc. pag. mibi 63. Albert. Brun. in tr. de statut. fem. excl. art. 10. quest. 4. & 5. Dissent. Zas. conf. 1. lib. 2. quem sequitur Barth Kellenb. de success. renunc. quest. 23. numer. 5. 6. & seq.* Imò casu quo fratres bona dilapidaverint, illos ad idoneè cavendum, de non dilapidando & dissipando, à fororibus cogi posse, cum *Bald. in l. si quis filium. numer. 9. C. de in offic. test. & Jmola in l. ei qui. ff. de hered. instit.* Concludit *Rutg. Ruland. à loc. Kellenb. d. quest. 23. numer. 16.* cum ratione satisfactionis idem in contractibus, quod in legatis & fideicommissis observandum veniat, per *l. que de legato 46. ff. de legat. 1. l. in omnibus 41. ff. de judic. Molin. conf. 15. numer. 25. & conf. seq. numer. 36.* Dilapidationis autem probatio, ut edè facilius sit, è re erit renunciantis sororis, salvam sibi portionem reservantis, à fratribus bonorum hereditariorum descriptionem exigere, quam si contumaciter detrectarint, judicis officio ad eam compellendi, per *l. 1. § curare autem. ff. de ventr. in possess. mitt. l. si quis intra 7. & ibi gl. in verb. descriptio. C. de bon. damnat. Capell. Tholos. decis. 314. Pinell. in l. 1. p. 2. numer. 22. cum seq. C. de bon. matern.* Et quia recusatio illa malitia ac dolo non caret; Iudex hoc nomine requisitus, fratribus nulla ratione connivere debet, per ea, quæ traduntur in *l. in fundo 38. ff. de Rei Vind. l. 1. in fin. ff. si quis caus. l. 2. & ibi Bart. & Dd. ff. sociut. matr. Barthol. Kellenb. d. tr. quest. 23. numer. 25.**

Positio VII.

Simpliciter si à filiabus renunciatum: *Auff einen Lezdigen anfall*, amitæ, fratrum filias, masculis nullis existentibus, in portione, per renunciationem, cessa, impedimento non esse, (a) fœminarumq; retrocadentiæ hoc jus, non solum in primo, sed & ulteriori gradu, sese
 exten.

860.
extendere, (b) & casu, quo ante masculos decesserint,
illud ipsum, ad suos heredes transmittere posse, (c)
concludimus.

(a) In omni enim dispositione ejus causa imprimis perpendenda & inve-
stiganda, qua cessante, cessabit quoque dispositio ipsa. *c. cum cessante. extr. de
appell. l. adigere 6. §. quambis 2. ff. de jur. patronat. Cephal. conf. 18. numer. 6. lib. 1.*
cum similibus, de quibus *Tiraquell. in tr. cessante caus. numer. 125.* Jam verò pa-
tri hujus ratio & causa alia nulla datur, quam masculis ut bona acquirantur, ex
hisque ut familiae splendor auctior atque illustrior reddatur, ut supra innuimus, dicit
& *Breul. de renunc. recept. mor. caus. 1. per tot.* Quae cum casu nostro praesenti
cesset, succedendi obstatum sit remotum, dicendum est, filias, à fratribus, con-
ceptas, amittendi aditum minimè intercludere. *Barth. Kellenbent. de sus-
cess. renunc. quest. 19. n. 7. & mult. seq.*

(c) Non hic quaritur de tali enunciatione: *Biß auff den letzten
meiner Brüder / vñnd einen ledigen anfall &c.* vel simpliciter; *auff
einem ledigen anfall*; qua extra fratrum personas masculorum conditio non
extenditur, cum conditio non plus operari potest, quam pactum ipsum, respici-
ens saltem paternam, matrem, fraternam successionem. Sed de tali: *Ich
vorzeih mich Väter: Mutter: vñnd Brüderlicher erbschaft / vñnd
da es sich begebe / daß meine Brüder vñnd derselben Erben in ab-
steigender Linie einmahl ohne Manliche Leibs Erben abgeben
würden / So soll vorziehener anteill / hinwiederumb auff mich vñnd
meinen Erben gefallen sein.* Sanè hoc casu, jus retrocadentiae non statim
in primo, sed in ulteriori demum gradu, **Masculis quandocumque non
existentibus**, extinguitur. *Conditio enim dat rei essentiam, ejusque prin-
cipium & pars dicitur potissima. l. 1. ff. de Orig. Jur. l. Iulianus 9. §. sed si quis 3.
ff. ad exhibend.* Quia autem pactum conditione ista, **quandocumque ma-
sculi defecerint**, limiteretur, ad unguem quoque ea erit servanda. *l. Mevius 55.
ff. de condit. & demonstr.* Et per consequens foeminae regressum habere possunt,
in quocumque etiam gradu masculi fuerint positi. Quinimò foeminam licite ejus-
modi conditionem renunciationi adijcere potuisse, hinc apparet, quod cuilibet
de jure permissum rerum suarum traditionibus, quam vult legem, modo jurisdi-
positioni non repugnet, adponere. *l. in traditionibus 48. ff. de pact. l. 1. ff. de solut.
l. ob res 20. §. 1. ff. de pact. dotal. Molin. conf. 15. numer. 19. Crævet. conf. 118. n. 3.*
Pluribus probat & disputando persequitur *Barthol. Kell. d. tr. quest. 20.* ubi acutè
Francis. Hufmann. dissentientis argumenta diluit. **Concessa igitur quaestio**
illius

Illius affirmativa, gravis exurgit controversia, an casu, quo plures existent fratres; & unius linea non statim in primo, sed ulteriori gradu, quoad Masculos, finita fuisset, rata, quæ fratri huic ex renunciatione sororis competijt, reliquis masculis adhuc existentibus, an verò sorori renuncianti, suisq; heredibus, aut fratris defuncti cœnellis successoribus, acquiratur? Nos portionem istam, non sorori renuncianti, ejusq; heredibus, quorum jus nullum adhuc quæsitum, cum conditio, sub qua pactum renunciationis resolvendum est, in agnationem & omnes masculos extensa fuerit, eaq; in omnibus verificanda. *Gl. & Bart. in l. si pluribus de legat. 2. Molin. conf. 56. numer. 16. facit l. si heredi plures 5. ff. de condit. Insti.* Neq; filiabus ex fratre defuncto existentibus, cum Soror renuncians Agnatis tantum prospicere voluerit, qua acquisitionis causa cessante, etiam acquisitio cessabit, *e. et si Christus. in fin. extr. de jurej. sed Masculis solis, cum Barb. Kellenb. d. tr. quest. 21. n. 11. adjudicamus.*

(c) Quia jus Sunitatis propter reservationem non penitus est extinctum, sed dum agnatio floret, in suspenso est & dormire dicitur. *Mysf. respons. 97. numer. 12. cum seqq. Anchor. conf. 221.* At ex potentia sunitatis, hereditas nondum adita, indeq; descendens jus, transmitti potest, etiam ad quoscunq; heredes. *Lapud hostes. 8. C. de suis & legit. l. qui duos 10. § cum in bello 1. ff. de reb. dub. l. hereditate 19. § filiusfam. 2. ff. de Cast. pec. l. si fratris 3. in pr. C. de jur. delib. Alex. conf. 20. numer. 1. 3. lib. 1. Phil. Dec. conf. 250. numer. 1. & 2. Brunnor. à Sole in compend. jur. resolut. lit. h. vers. hereditas patris non adita.* Unde tradunt Dd. quod existentia sui heredis, operetur transmissionem hereditatis etiam non aditæ. *text. in l. liber homo 20. § apud labeonem 1. ff. de stipul. serbor.* Sed quia pactum hoc renunciativum à maritalitatis fieri solet, hæc verò per totam Germaniam pro Emancipatis habeantur. *Nicol. Reuf. lib. 1. decis. 10. numer. 9. Sichard. ad rubr. C. qui admitt. ad bon. poss. numer. 7. & in l. 3. numer. 9. C. de jur. delib. Andr. Rauchbar. p. 2. quest. 18. numer. 24. Muller. ad Constit. Saxon. p. 2. constit. 10. numer. 4. non immerito queritur, an idem possit dici, illos videlicet æquè ac sui, jus hoc transmittere posse? Affirmativam defendere tentabimus per *Novell. 118. c. nullam. vers. 4. Pract. Pap. in form. libell. quo petat. hered. ex test. in verb. purè instituit. numer. 6. vers. Idemq; est, si filius est Emancipatus.* Dissent. *Bald. in l. si filius heres 16. numer. 10. vers. quid in emancipato. ff. de lib. & posthum. Duar. ad tit. de acquir. hered. c. 5. col. 3.* Quod cum ita sit, filiam ob interpositam renunciationem non in totum à successione excludi, sed aliquandiu ab ea suspendi, jure Sunitatis nihilominus salvo manente, rectè quoq; infertur, eam, sibi recrocæ dentiam in casum deficientium Masculorum reservantem, à Patre præteritam, testamentum nullitatis accusare posse. Quemadmodum enim interposita reservatio, non in totum jus succedendi absorbet, sed istud ex conventionis lege conservat; sic etiam isti,*

isti, omnia ea remedia, quæ istius executioni inservire dignoscuntur, & consequens etiam facultas intentandæ nullitatis inclusa censentur. argt. l. 2. ff de jurisd. omn. jud. Aliud verò dicendum, si consuetudo inter Nobiles reservationem respueret, volens simpliciter fœminas renunciantes, dote accepta, ab hereditate alienas esse: quia hoc casu, successio non amplius salva, censetur parenti libera potestas disponendi & instituendi concessa. Nicol. Reusn. in term. renunc. conf. 12. numer. 26. 27. Et n. 112. 113. 114. ubi addit, talem consuetudinem non præsumendam, atq; ided ab allegante probandam.

Positio IIX.

Posse autem pactum hoc renunciativum vicissim tolli, vel jure ipso, vel rescindi ope exceptionis, non dubitamus. Priori respectu, poenitentia Patris, (a) non verò supervenientia liberorum. (b).

(a) etiam si fecisset filia pactum jurato, cum omnis concessio, hanc tacitam habeat conditionem: si is, in cujus favorem fiebat, eâ uti velit. per l. qui absenti 38. in pr. ff de acquir. vel. amitt. poss. l. si me in vacuam 34. ff eod. l. filio præterito 17. ff de injust. rupt. irr. test. quam conditionem etiam renunciacioni inesse, & tantum operari, ac si nunquam existisset, communi Dd. suffragio obtinuit, per l. fin. C. de pact. Dec. ad l. pactum dotale. num. 6. vers. secus si virtute renunciacionis, ibid. Bald. Salic. numer. 5. Sichard. numer. 7. C. de Collat. Covar. ad d. c. quamvis. p. 3. numer. 7. Et ibid. Nat. numer. 21. de pact. in 6. Forster. Sen. lib. 1. de success. c. 23 in fin. Vasq. lib. 3. controvers. c. 44. n. 9. In tantum ut nec ex post facto reviviscere queat. l. qui res 98. § arcam 8. ff de solut. l. inter stipulantem 83. § sacram. ff de verb. Oblig. Hinc rectè quoq; concluditur, si parens filia renuncianti quid in testamento adscripisset, ejus persequutionem, non obstante renunciacione, filiam habere, text. in l. si patronus 2. ff de oper. lib. ubi disponitur: Quod licet si patronus non aluerit libertum, Lex Ælia Sentia adimat ipsi & liberis ejus hereditatem, nisi heres institutus. Et c. 2. de renunc. Ubi Clericus abjurans beneficium petere, tamen non obstante juramento, poterit postea illud licitè obtinere, si denuò ad illud eligatur. Deinde, quod renunciatio talis non trahatur ad jus superveniens, cum juramentum habeat causam præsentem, & non de futuro. Bald. in l. fin. C. de pact. Salic. in l. pactum quod dotale numer. 5. in fin. Marantib. disp. 10. numer. 35. Myns. cent. 2. obs. 7.

C 2

Gail

Caik lib. 2. obs. pr. 148. numer. 11. Nec his quicquam impedimento potest esse iuramentum, cum ejus virtus nulla amplius superfit, si per expressam vel tacitam dispositionem voluntatem, actus vel obligatio sublata appareat. *c. 2. extr. de sponsal. c. 1. c. quomadmodum 25. extr. de jurejur.* Et hanc sententiam etiam eo casu procedere autumant Dd. quando parens expressè in fratrum & sororum favorem, renunciationem recepisset: Cum liceat ei, ea quæ pleno jure heredis sunt, per dispositionem testamentariam in alios transferre. per *l. unum ex familia 67. § si rem tuam 8. ff. de legat. 2.* multò magis in ijs, in quibus heres spem aliquam positam habet, id licebit: facilius enim alteri jus querendum, quam jam acquisitum tollitur. *l. qui autem 6. in pr. ff. que in fraud. Creditor. Ruin. conf. 76. numer. 3. vol. 3. Vasq. d. loc. numer. 9.* dicens eam locum sibi vindicare, etiam si inter vivos pater donasset, remisisset, aut consensum hunc suum revocasset. novissimè *Bartho. Kellenb. de success. renunc. quest. 31. numer. 2. § 3.* Dissent. *Jas. ad l. fin. C. de pact. numer. 13.*

(b) tum, quod donationis revocatio non permittatur, si donans tempore alienationis de liberis cogitasset. *l. si unquam 8. C. de revoc. donat. l. si totas 5. C. de inoffic. donat.* At filiam renunciantem de liberis cogitasse, ex vehemementi naturali præsumptione, quamcunq; opinionem excludente contrariam, *l. cum qui probabiliter 19. § ibi Bald. C. de Episc. & Cler.* Colligitur, quæ est spes naturalis suscipiendorum liberorum. *Myns. cent. 5. obs. 64.* tum quod dispositiones, quæ portione legitima accepta fiunt, porrigenda. *Dn. Ernest. Cothman. conf. 99. volum. 2. numer. 152.* Unde non mera est donatio, sed ob causam, videlicet ob acceptam dotem in favorem agnationis. In quibus revocatio cessat. *Tiraquell. in d. l. si unquam. in verb. donatione largitus. numer. 151. Dec. conf. 881. n. 8. Alex. conf. 29. per. tot. volum. 3. Parisi conf. 69. numer. 98. § seq. vol. 3. Rol. à Ball. conf. 11. numer. 23. vol. 1. Anton. Fab. Codic. forens. decis. tit. de revocand. donat. definit. 3. Bart. Kellenbent. d. tr. quest. 41. numer. 8. § seq. Barth. Muscul. de anomal. success. cl. 1. memb. 2. concl. 7. lit. l. numer. 385. § seq. Dissent. Corn. conf. 30. numer. 4. vol. 4. conf. 11. numer. 9. § 25. cum seq. vol. 3. Ruin. conf. 98. n. 22. vol. 1. § conf. 60. n. 14. § 17. vol. 3. § conf. 170. n. 2. vol. 1.*

Positio Vlt.

Posteriori respectu, ob dolum, (a) metum, (b) non vero minorennitatem. (c).

(2) text. in d. c. quævis de pact. in 6. Considerant autem Dd. dolum duplici-

872.

dupliciter; vel cum ex proposito venit, qui Consilij: vel cum reipsa ineſt, qui B-
ventus dicitur, ex quo læſio provenit enormiſſima. *Gemin. in d. c. quambis. num. 12.*
Matth. VVeſ. conf. 23. vol. 1. numer. 36. Muſcul. de anomal. ſucceſſ. cl. 1. memb. 2.
concl. 7. lit. c. numer. 310. De prima ſaltem doli ſpecie textum *d. c. quambis.* lo-
qui, conſonans ferè omnium eſt aſſertio: quippe, qui in omnibus & quibuſcunq;
alijs etiam actibus ſemper exceptus intelligatur, quod conſenſum ab ea excludat
diſpoſitione, ad quam quis dolo fuit inductus. *l. Et eleganter 7. in pr. ff. de dolo.*
c. cum contingat 28. cum ibid. not. extr. de jurejur. etiamſi juramento corroborata
fuiſſet, cum ſemper tacitam habeat conditionem; Si dolus malus abſuerit.
VVeſ. d. conf. 23. numer. 4. Minimè verò de altera. *Bero. conf. 49. Et conf. 50. n.*
25. vol. 1. Gabr. concl. 127. numer. 28. Mandell. conf. 11. numer. 7. Schurff. conf. 17.
cent. 1. Matth. VVeſ. d. conf. 23. numer. 47. Atqui hanc communem Dd. eſſe
opinionem exiſtimavit *Alex. conf. 125. numer. 9. vol. 1.* Et magis communem
dicit *Bero. conf. 51. numer. 9. vol. 1.* A quibus nos, quoad **enormiſſimam**
læſionem meritò ſeceſſionem facimus: Tum ob text. *l. ſi ſuperſtite 5. in fin.*
C. de dol. mal. l. omnes 17. § Lucius Titius 1. ff. que in fraud. Cred. Ex quibus ap-
paret, enormiſſimam læſionem doli inducere præſumptionem. At ubicunq;
ſilia, dolòſè inducta ad renunciandum, renunciatio etiam jurata reſcindenda,
d. c. quambis. de pact. in 6. Quod non tantum de dolo ex proposito, ſed de
dolo reipſa verum, qui, quoad reſcindendum actum, dolo ex proposito æquipa-
ratur. text. expreſſ. in *l. ſi quis cum aliter 36. ff. de verb. Obl. Crævet. conf. 142. nu-*
mer. 22. volum. 1. Socin. Jun. conf. 48. numer. 24. volum. 1. Zaf. conf. 12. numer.
38. volum. 2. Gail. 2. obſ. 147. numer. 11. tum, quod lege naturali & civili provi-
ſum, ne quis cum alterius jactura locupletetur. *l. nam hoc natura 14. ff. de Con-*
dict. in deb. Et propterea exceptio hæc in naturali æquitate fundata, nunquam
dicitur rejecta, per doctrinam *Bart. in l. plane. in fin. ff. de hered. peti.* Si ergo
contractus cum alterius injuria initus, reſcindendus, ac ſi dolo fuiſſet celebratus,
l. 1. § an in pupillum. ff. de poſit. etiam renunciatio ob enormiſſimam læſionem.
Ita arguunt *Calcan. conf. 25. col. 4. Crævet. conf. 142. numer. 17. vol. 1.* Tum,
quod hæc ſententia in præcipuis totius Mundi Curijs atq; Iudicijs recepta & proba-
ta, uti de **Rota Romana**, teſtat. *Cæſiod. deciſ. 1.* De Conſilio **Neapo-**
litano, *Aſſiſ. deciſ. Neapol. 322. n. 8.* De **Gallia**, *Rupellan. in enchirid.*
juris ſcript. Gallia. ſub. tit. fil. min. verſ. poſtea vero quam Et v. uſus noſter forenſis.
Eandem & in **Hiſpaniarum** Regnis obſervari, teſtis omni exceptione eſt
major, *Cobarr. var. reſol. c. 4. num. 5.* Sed & in **Camera Imperiali** eam
communiorem & de jure vetiorem cenſeri, non obſcurè innuit *Gail. 2. obſ. pr.*
147. n. 9. Mynſ. cent. 5. obſ. 89. n. 3. Quam etiam adhuc veram cenſent Dd. eti-
am ſi ſcæmina in ſpecie læſioni, renunciaſſet, enormiſſimæ. *Alciat. in d. c. cum*

contingat. n. 87. Alex. conf. 139. fol. 7. Jaf. conf. 135. fol. 4. Socin. Jun. conf. 48. n. 49. fol. 7.
Cujus decisionis ratio exinde dependet, quod quâ facilitate mulier passa est se læ-
di enormissimè, eadem etiam adducta, ut renuociaret læsioni, & adijceret quas-
cunq; clausulas, quibus sibi præjudicare potuerit. argt. l. doli. 19. § *diversum* & *ibi*
Gl. ff. de novat. Facit hic, quod Hippol. in Rubr. de fidejussor. n. 39. refert: Renu-
ociationes plerumq; leviter, & cum parva causæ cognitione, magisq; ex consuetu-
dine, & mero capite ac stylo Notariorum, quam partium consensu fieri solere.
Dicitur verò enormissima læsio, cum triplo, & ad summum quadruplo minus da-
tur, quam dari debuit. Francis. Munnoz. de Eschob. tr. de ratiocin. & comput. lib.
2. c. 6. In specie enormissimæ læsionis Casfr. conf. 174. n. 1. fol. 1. Crot. conf. 120.
n. 26. & 35. fol. 1. Corn. conf. 161. n. 6. & 7. fol. 3. Quo casu, filix non prohibe-
tur, dotis petere supplementum. Barb. Musc. de success. renunc. quest. 42. n. 51.
Cum non in eam consensisse, sed cogitationibus suis in sponso tota hæsisse, sponsa-
liorumq; retardationem præcavere voluisse: Prout ejusmodi amoris furore nihil
vehementius, quem retinere Philosophia est perfectæ. Novell. 74. c. 4. *vers. nobi-*
mus. censendum est. Eleganter Barb. Kellenb. d. loc. Quibus non obstat, legem
de patre plurimum confidere, ipsum pro filia ob paternum adfectum sumptuum
consiliū bonum. l. fin. C. de Curat. furios. dand. l. si furioso 16. in fin. ff. eod. Illud
namq; verum tunc, cum dubitatur an dos congrua sit nec ne, non si manifestò a-
liud appareat, cum novum non sit, parentes filias suas interdum decipere, filios
ut relinquat opulentiores. l. si superflite 5. in fin. C. de dol. l. si cum dotem 22. §.
eo autem tempore 5. ff. solut. matrim. l. 4. ff. de inoffic. test. l. amicissimos 36. in fin. ff.
de excusat. tut. Imò licet filia læsionem illam scivisset, eamq; approbasset; mini-
mè sibi præjudicasset. Duæ namq; sunt dotis functiones: altera ut puellæ ci-
tius nubere queant: altera ut contractum matrimonium minori incommodo pe-
ragi possint; quæ functio in veritate vim alimentorum obtinet. Causa enim dotis
& alimentorum, ut *supr. posit.* 4. lit. b. ostensum, à pari procedere intelliguntur.
Burs. conf. 32. n. 24. fol. 1. Cum ergo alimentorum jus suam originem ex jure na-
turali ducat: l. 1. §. pen. ff. de Just. & Jur. Cui nec à partibus renunciari, §. *sed na-*
turalia 11. *Inst. de Jur. nat. Gent. & Civil.* nec per statutum præjudicari potest:
Gail. 2. obs. pr. 122. n. 14. Etiam hac in parte facta renunciatio, justæ dotis exa-
ctiōni impedimento esse non poterit. Sed in læsionis æstimatione, an dotationis,
sive renunciationis, an vero mortis tempus considerandum? valde controvertitur.
Prius ut affirmemus, rationes suadent prægnantes; tum, quod in omnibus nego-
tijiis tempus conventionis spectandum. l. 1. §. *Idem Pomponius.* ff. depositi. l. si tantum
12. in fin. ff. ad SC. Maced. l. Pomponius 15. ff. de negot. gest. tum, quia in remedio
l. 2. C. de rescind. vendit. similiter ob læsionem competente, tempus in spicimus con-
tractus. l. si voluntate 8. C. de rescind. vendit. Pinell. in l. 2. p. 3. n. 15. C. de resc. ven-
dit. Dn. Ernest. Cothman. conf. 49. fol. 2. n. 214. & seq. Menoch. 2. arbitr. jud. quest.

149. n. 17. Barthol. Kellenb. d. tr. de success. renunc. quest. 42. n. 58. Dissent. Grammat. decis. 57. n. 14 & 101. n. 27. Afflic. decis. 352. Marantb. disp. 10. n. 21. Quod etiam de legitima verum putamus, cuius ratio licet à tempore mortis regulariter habeatur. l. 6. C. de inoff. test. tamen hoc in casu, renunciationis tempus, pro mortis tempore habetur, cum legitimæ vel portionis hereditariæ assignatio, velut à moriente fiat patre. Hyppol. Biminald. conf. 317. n. 10. vol. 3. Pulchrè Dn. Ernest. Cotbman. conf. 49. n. 219. & mult. seq. Unde colligitur, aucto paterno patrimonio, constante matrimonio, neq; dotis, neq; legitimæ supplementum peti posse. Boer. decis. 62. per tot. Alex. conf. 181. vol. 5. Marantb. disp. 10. n. 19. & 22. Dn. Cotbman. d. conf. 49. n. 259. Kellenb. d. tr. quest. 42. n. 59. & seq. Barth. Muscul. de anomol. success. ch. 1. memb. 2. concl. 7. lit. b.


(b) Autb. Sacramenta puerum. ubi Jaf. n. 5. & 43. C. si advers. vendit. ext. in d. c. quamvis de pact. ubi Covar. p. 3. §. 4. n. 2. & Philip. Franc. n. 5. Ruin. conf. 98. n. 25. in fin. & conf. 170. n. 16. lib. 1. Crott. conf. 120 n. 28. & seq. lib. 1. Cephal. conf. 142. n. 38. Graf. lib. recept. sentent. s. successio ab intestato. quest. 12. n. 1. Ad eum vero probandum, cum certa in jure regula non detur, sed iudicis relinquatur arbitrio; Menoch. arbit. jud. quest. cent. 2. cas. 136. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 1652. n. 10. merito hic observabit, longè minorem causam, ad inducendum justum metum in muliere, quam in masculo, sexus imbecillioris ratione, sufficere. Gl. in c. cum locum. in verb. metus. de sponsal. l. in omnibus causis. ibi Dec. n. 3. ff. de Reg. Jur. Mandell. de Alba. conf. 77. n. 4. VVes. conf. 43. n. 154. & 156. Gail. 2. obs. pr. 93. n. 9. late & eleganter Vincent. Hondeda. lib. 1. consult. decis. 29. n. 21. & mult. seq. Ubi inquit; An metus præsumatur in muliere minore, iuribus suis renunciante? An justificetur ex solis precibus ejus, cui debetur reverentia sine minis? An solæ minæ sufficientes, si pater terribilis! An ille probatus, si constiterit puellam ante pactum flevisse? &c. Probe autem circa hunc passum Gail. 2. obs. 147. n. 18. observanda cautela: Filiam invitò renunciantem, inprimis coram quibusdam contestatione factâ, jurare debere, se propria sponte, nunquam successioni paternæ renunciaturam: Si ergo contingeret, eam in futurum renunciasse, subsequatur renunciationem momenti nullius esse. Sed si renunciatio venit cassanda, an absolutio à juramento prius petanda? Neg. Duplex enim hîc apprehenditur vitium: Consensus nimirum defectus, per vim, metum vel dolum exclusi. l. 1. ff. de dolo. l. tres fratres 35. ff. de pact. l. si soror. 8. C. de Collat. Et legis prohibitio, qua pactum hoc à jure civili planè rejectum, ut supr. posuit. 2. lit. a. probavimus. Utrumq; si existat, licebit filiz, etiam non petità absoluteione, juramento, contravenire. Ierem. Seizer. tr. de jur. lib. 1. c. 19. n. 14. Gail. 2. obs. 42. n. 7. Barth. Kellenb. d. t. quest. ult. n. 78.

(c) Quia juramentum Minorem, præsumit & repræsentar Majorem. 13. in fin. C. si minor major se dixer. autb. sacramenta pub. uti vulg. Interpretes. C. si ad-


607p.

Res. vendit. Gail. 2. obs. 41. n. 7. Idq; maxime, eum ha renunciaciones non invalidas
conferantur, si juramentum habeant coram. d. c. quambis, de pact. in 6. quod spi-
rituale est, in quibus Minor pro Majore habetur. c. ff. annum. in pr. de Judic. in 6.
Deinde evidētissimē hanc sententiam ex saepe allegato c. quambis. probari posse,
hinc apparet, quod in ea agatur de puella cum dote in matrimonium collocata.
At talem ut plurimum minorem esse, quotidiana testatur experientia, & probat
pulchrē Barth. Muscul. de anomol. success. cl. 1. memb. 2. concl. 7. lit. c. n. 322. & mult.
seq. Ubi quoq; viri potentes, quas Nuptiarum appellat Candidatas,
a nnum 25. majorennitati destinatum, non expectare teneri, ex politica ratione,
juris civilis nomothesia, & sanctione deducit Canonica. Quia igitur jura ad ea
aptanda, quæ frequenter & facilē, non quæ perrare accidunt l. 3. & seq. ff. de LL.
Omnino d. c. quambis de puella, exaudiendum, minore. Et per Consequens, cum
nullā minorennitatis habitā ratione, renunciacionem inviolabiliter velit custodiri
merito hoc casu restitutionis auxilium denegandum. Bart. & vulg. Dd. in d. auth.
Sacramenta puberum C. si advers. vendit. Alciat. in l. 6. C. de pact. num. 25. & in c.
cum contingat de jurejur. n. 116. Dauth. ad d. c. quambis n. 6. Kellenbent. quest. ult.
n. 21. & seq. Dissent. Gl. in l. 2. C. rescind. vendit. Cravett. conf. 6. n. 7. & 192. n.
2. referente Covarr. in d. c. quambis p. 3. §. 4. n. 9. Myns. respons. 56. n. 14. decad. 6.
fab. 13. err. pragmat. 6. & 7. Et decis. forens. C. de tempor. in integrum restit. de fir-
mit. 5. Et hæc, de utilissima ac gravissima pacti renunciativi materia, pro præsen-
ti instituti nostri ratione, breviter proposuisse sufficiant.

DEO Optimo Maximo, soli sapienti
 & justo, sit laus, honor & gloria, in
 omnem æternitatem.







the scale towards document

853.

d. *ir. de success. renunc. quest. 42. n. 58. Dissent. Gram-*
n. 27. Afflic. decif. 352. Marantb. disp. 10. n. 22. Quod
utramus, cujus ratio licet à tempore mortis regulariter
est. tamen hoc in casu, renunciacionis tempus, pro mor-
egitimæ vel portionis hereditariæ adsignatio, velut à
ol. Riminald. conf. 317. n. 10. fol. 3. Pulchrè Dn. Ernest.
mult. seq. Unde colligitur, aucto paterno patrimonio,
q; dotis, neq; legitimæ supplementum peti posse. Boer-
181. fol. 5. Marantb. disp. 10. n. 19. & 22. Dn. Colkman.
d. ir. quest. 42. n. 59. & seq. Barh. Muscul. de anomol.
7. lit. b.

ment. a. puberum. ubi Jaf. n. 5. & 43. C. si advers. vendit.
ubi Covar. p. 3. s. 4. n. 2. & Philip. Franc. n. 5. Ruin.
170. n. 16. lib. 1. Crott. conf. 120 n. 28. & seq. lib. 1. Cephal.
cept. sentent. s. successio ab intestato. quest. 12. n. 1. Ad
certa in jure regula non detur, sed judicis relinquatur
d. quest. cent. 2. cas. 136. Mascard. de probat. fol. 2. concl.
vabit, longè minorem causam, ad inducendum justum
a masculo, sexus imbecillioris ratione, sufficere. Gl. in
de sponsal. l. in omnibus causis. ibi Dec. n. 3. ff. de Reg-
7. n. 4. VVes. conf. 43. n. 154. & 156. Gail. 2. obs. pr. 93. n. 9.
andede. lib. 1. consult. decif. 29. n. 21. & mult. seq. Ubi in-
ur in muliere minore, juribus suis renunciante? An
s ejus, cui debetur reverentia sine minis? An solæ mi-
ribilis! An ille probatus, si constiterit puellam aate
e autem circa hunc passum Gail. 2. obs. 147. n. 18. obser-
to renunciantem, inprimis coram quibusdam contesta-
e propria sponte, nunquam successioni paternæ renua-
ret, eam in futurum renunciassè, subsequutam renun-
esse. Sed si renunciatio venit cassanda, an absolutio
Neg. Duplex enim hîc deprehenditur vitium: Con-
er vim, metum vel dolum exclusi. l. 1. ff. de dolo. l. tres-
ror. 8. C. de Collat. Et legis prohibitio, qua pactum hoc
at supr. post. 2. lit. a. probavimus. Utrumq; si existat, li-
ab absolute, juramento contravenire. Ierem. Setzer. ir.
2. obs. 42. n. 7. Barth. Kellenb. d. t. quest. ult. n. 78.

atum Minorem, præsumit & repræsentar Majorem.
lixer. aurb. sacramenta pub. uti vulg. Interpretes. C. si ad-
Sciff.